

peligros hemos señalado, no es nuestra intención difundir la inquietud y la turbación en las familias en que ya existen matrimonios mixtos, ni excitar sentimientos de acritud contra nuestros hermanos separados. El que sondea los corazones y escudriña los rincones, sabe cuán lejos está de nosotros semejante pensamiento, y con qué ardor abrazamos á todos; pero, os lo repetimos, no os esponzáis al riesgo de perder vuestra fe por uniones que frecuentemente causan ese triste naufragio, porque conducen más ó menos á la indiferencia, á esa llaga de la sociedad moderna que tantos destrozos ha causado ya en la Iglesia de Jesucristo, y que amenaza extender más y más entre nosotros su funesto imperio.

»Fruto mortal de la reforma del siglo XVI, ¿qué otra cosa es el indiferentismo en materia de religión, sino la negación formal de toda verdad revelada?

»Sostener fríamente que todas las religiones son igualmente buenas, por más opuestas que sean entre sí por sus creencias y sus prácticas; pretender que se sirve á Dios y que uno puede salvarse lo mismo en la una que en la otra; establecer como principio que Dios es demasiado grande para descender á las minuciosidades del culto que se le da, y que cada uno es libre para seguir en esto los impulsos de su corazón ó las inspiraciones de su conciencia; que para salvarse basta ser hombre de bien, y que no importan nada las creencias, este es un lenguaje traidor ó un espíritu delirante, ó un supremo menosprecio de la verdad, que en todo caso denota una ausencia completa de toda convicción religiosa.

»¿Puede ser, en efecto, indiferente creer que Jesucristo es Dios, ó creer que no es más que un simple mortal; que las buenas obras son necesarias para ganar el cielo, ó que no tienen valor alguno en el orden de nuestra

salvación; que el hombre es concebido y crece en pecado, ó que esta doctrina no es más que una fábula; que existe en la Iglesia el poder de remitir los pecados, ó que este poder no es más que una vana pretensión de los sacerdotes; que en la Sagrada Eucaristía recibimos real y sustancialmente el cuerpo y sangre de Nuestro Señor Jesucristo con su divinidad y humanidad, ó que no recibimos más que un pan ordinario; que el bautismo es indispensable para la salvación, áun en los niños, ó que no es más que una especie de iniciación en el Cristianismo, cuya omisión no produce consecuencia? Bien sabéis que todos esos puntos, así como otros muchos no menos importantes, están controvertidos entre la Iglesia católica romana y otras comuniones que se llaman igualmente cristianas. ¿Puede admitirse que es indiferente seguir estas ó las otras doctrinas tan radicalmente opuestas?

»Sed indiferentes, si os place, en política; sedlo en asuntos de gustos ó de fantasías; pero no lo seáis en lo que es inseparable de la salvación de vuestras almas. Que vuestra divisa sea siempre la del gran Apóstol: «Un Dios, una fe y un bautismo.»

»De lo que acabamos de decir debéis deducir que no basta al cristiano católico tener fe; está obligado también á hacer cuanto pueda para que disfruten de las mismas ventajas todos los que tienen la desgracia de estar separados de la Iglesia. Por consiguiente, el esposo ó la esposa católica unidos en matrimonio mixto tienen la estricta obligación de trabajar eficazmente y sin descanso en la conversión de su cónyuge heterodoxo. Sólo con esta condición expresa la Iglesia reconoce y legitima estas uniones, y exige esta promesa de la parte ortodoxa, y exige de ambos esposos la educación de todos sus hijos en la religión católica.

»Finalmente, amados hermanos

nuestros, por las entrañas de Nuestro Señor Jesucristo os conjuramos á que evitéis esos matrimonios mixtos, cuyas consecuencias desastrosas conocéis ya...

»Strasburgo 1.º de Febrero de 1863.»
(Siguen un sello y las firmas.)

2751. Atendida la época que atravesamos, es muy conveniente que aquellas personas á quienes incumba por su oficio entender y determinar sobre esta clase de impedimentos, se hallen enteradas sólidamente de las resoluciones que han recaído acerca de estos casos oscuros y difíciles. Por lo tanto, además de las instrucciones que quedan citadas, voy á copiar literalmente la siguiente instrucción del doctísimo y autorizado cardenal Caprara, que por su representación y por su autoridad como Legado *a latere* de Su Santidad, puso término á las muchas dudas y ansiedades en que se hallaban los Obispos de Francia, de resultas de las leyes inicuas de la revolución, á fines del siglo pasado.

«INSTRUCTIO

CARDINALIS CAPRARA, LEGATI A LATERE AD GALLIÆ EPISCOPOS PRO MATRIMONIORUM REVALIDATIONE, 25 APRIL. ANNO 1803.

»PARS PRIMA: *quoad matrimonii renovationem, si uterque contrahens recte disponatur.*

»1.º Qui civiliter, sive coram quocumque extraneo sacerdote, duobus saltem testibus presentibus, aut dumtaxat coram duobus testibus consensum mutuum de presenti exprimentes matrimonium inierunt tunc temporis cum ad proprium parochum, seu superiorem legitimum, aut ad alium sacerdotem, quique a catholica unitate non recesserant, aut nullatenus aut nonnisi difficillime seu periculosissime recursum habere poterant, moneantur sic contrahentes de hujusmodi matrimonii validitate, et

tantummodo hortentur, ut nuptialem benedictionem a proprio parochio recipiant.

»2.º Qui vero ita contraxerunt, sed tunc temporis cum absque gravissima difficultate seu periculo recursus patebat ad unum ex sacerdotibus præfatis, quive matrimonium quomodocumque inierunt cum aliquo dirimente impedimento absque legitima dispensatione, aut cum dispensatione defectu legitimæ potestatis irrita, matrimonium, servata forma sancti Concilii Tridentini, denuo contrahant.

»3.º Si contrahentes communiter habeantur pro legitimis conjugibus, et ipsimet fortasse ex ignorantia invincibili sint in bona fide, et absque gravis scandali seu perturbationis periculo certiorari nequeant de nullitate matrimonii, hisce in circumstantiis in bona fide relinquendi sunt, quemadmodum per sacros canones disponitur.

»4.º Si contrahentes in mala vel dubia fide versentur, aut si, in bona fide existentes, de nullitate matrimonii certiorari possint absque gravis scandali seu perturbationis periculo, unde locus detur matrimonii renovationi, eorum matrimonium in faciem Ecclesiæ celebrandum est juxta modum inferius præscriptum.

»5.º Si præter clandestinitatis, aliud ecclesiastici juris obstet impedimentum, dispensatio præmittatur juxta indultum inferius exaratum.

»6.º Si nullitas matrimonii occulta sit, seu communiter ignoretur, matrimonium coram proprio parochio, adhibitis saltem duobus testibus confidentibus, secreto, ad vitanda scandala, contrahendum est, adnotata deinde particula in secretorum matrimoniorum libro.

»7.º Si vero nullitas publica sit, ad scandalum removendum, matrimonium publice, servata forma Concilii Tridentini celebrandum est: quod si Ordinarius, ob peculiares circumstantias, expedire judicaverit, ut se-

creto coram proprio paroco et duobus testibus potius celebretur, secreto celebrari poterit, dummodo tamen publicum scandalum alia ratione removeri possit, et quamprimum removeatur.

»2752. PARS ALTERA: *quoad rationem convalidandi matrimonium, si ejusdem convalidationem pars una petat et altera renuat.*

»8.º Si hujusmodi renuentia proveniat ex indispositione ad sacramentorum Pœnitentiæ et Eucharistiæ susceptionem, paternis monitis curandum est, ut renuens rite disponatur.

»9.º Quatenus pars indisposita ad Sacramentorum susceptionem ita adduci non possit, et aliunde matrimonii renovationi assentiatur, non erit illicitum ad matrimonii celebrationem procedere, non obstante illius indispositione; pars enim innocens et instans, attentis circumstantiis, licite utitur jure suo: Ecclesiæ minister eidem innocenti directe ac licite reddit jus suum; et indigna renuentis susceptio ejus dumtaxat indispositioni tribuenda est.

»10. Si renuentia oriatur ex ignorantia vel aliquo errore contra leges aut doctrinam Ecclesiæ circa impedimenta matrimonium irritantia, renuens debita cum prudentia et in charitate instruatur. Et quatenus adhuc renuat matrimonium suum in faciem Ecclesiæ convalidare, tunc

»11. Satagendum est, ut specialem procuratorem constituat, qui ejus nomine matrimonium contrahat de more; aut saltem expresso consensu de præsentis per epistolam directam proprio paroco vel alteri sacerdoti Ordinarii aut parochi licentiam habenti, matrimonium renovetur.

»12. In hujusmodi matrimonii celebratione ratio quoque habenda est tum existentiae alicujus impedimenti, tum matrimonii nullitatis sive publicæ sive occultæ, et servandæ regulæ sub numis. 5.º, 6.º et 7.º

»2753. PARS TERTIA: *quoad dispensationem etiam in radice.*—Si hactenus præscripta obtineri nullatenus possint, et pars una ad celebrationem matrimonii, juxta superius tradita, faciendam adduci nequeat, dummodo de præsentis exhibeat consensum remanendi in matrimonio, mature perpensis urgentibus circumstantiis, et attentis servatisque conditionibus et forma inferius præscriptis, non obstat publicitas fornicariæ copulationis et non justis matrimonii, ad dispensationem in radice matrimonii seu ad matrimonii sanationem in radice in casibus particularibus deveniri posse judicamus; ita ut saltem innocentis partis animæ saluti, proli legitimitati, et familiarum tranquillitati omnino consultum sit, et quamprimum etiam renuentis animæ saluti provideri possit.

»13. Ordinarius uti poterit facultate Apostolica auctoritate inferius demandata, dispensandi, scilicet, in radice matrimonii, seu matrimonium in radice sanandi, postquam tamen per indubias duorum saltem testium depositiones, aut per renuentis testimonium in scriptis exaratum, aut per ejusdem assertionem etiam oretenus factam ipsi Ordinario, sive alteri ecclesiasticæ personæ ab eo specialiter deputatæ et in scriptis redigendam, constiterit non solum renuentem in consensu de præsentis permanere, sed etiam hujusmodi renuentiam ab extrinseca causa ita manere, ut nihil unquam ex ea deduci aut præsumi possit contra actualis consensus permanentiam.

»14. Si matrimonii nullitas occulta sit, Ordinarius ad sanationem seu dispensationem in radice, ad evitanda scandala, secreto deveniat.

»15. Si vero nullitas publica sit, ad publicum scandalum removendum, ejusmodi dispensatio seu sanatio notorie perficiatur; aut etiam secreto, si ad aliquam præcavendam perturbationem ita Ordinario in Domino visum

fuerit, dummodo tamen locus sit evulgationi peractæ matrimonii sanationis seu dispensationis, qua publicum scandalum congrue removeatur.

»16. Si evulgationi ejusmodi dispensationis locus non sit, ob imminenti gravi scandali aut perturbationis periculum, prælaudatus Ordinarius per ejusmodi secretam matrimonii sanationem seu dispensationem innocentis compartis animæ saluti provideat; onerata ejusmodi Ordinarii conscientia, ut, perpensis circumstantiis, et pro sua prudentia, modum exquirat quo etiam publicum scandalum ex matrimonii nullitatis publica notitia existens quamprimum removeatur; monitis interim parochis, ut, donec ejusmodi publicum scandalum sublatum sit, in admittendis innocentibus conjugibus ad Sacramenta, ne ulla scandali præbeatur occasio, iis utantur circumspectionis regulis, quæ cuique exploratæ sunt.

»17. Si præter clandestinitatis impedimentum, aliud juris ecclesiastici forsan obstat, legitima semper ea premittatur dispensatio, prout etiam cautum est num. 5.º

»18. Si unus vel uterque contrahens per divortium separatus sit a respectivo conjuge adhuc vivente, tradita instructio et sequens facultatum decretum executioni nullatenus demandentur, nisi prius et prout de jure constiterit de nullitate respective primi matrimonii proveniente ex aliquo canonico impedimento, et nisi prius ejusdem nullitatis declaratoria sententia ab Ordinario lata fuerit.

»19. Serventur tandem cætera de jure servanda, quæ præsentis instructioni non adversentur.

»2754. DECRETUM: *quo Apostolicæ facultates demandantur.* De speciali gratia et Apostolica auctoritate a Sanctissimo Domino nostro Papa Pio VII nobis benigne concessa, Venerabili in Christo Fratri Episcopo N., sive ejus Vicario in spiritualibus generali, infrascriptas facultates communicamus,

quibus etiam per aliam personam ecclesiasticam in casibus particularibus specialiter deputandam uti valeant in utroque foro, et ad annum dumtaxat a die datæ præsentis computandum, cum omnibus et singulis christifidelibus in propria diocesi dependentibus, et quando agitur de matrimoniis nulliter quomodocumque contractis usque ad diem 14 Augusti anni 1801, servatis forma et tenore præcedentis instructionis, et facta expressa mentione Apostolici indulti:

»1.º Absolvendi a censuris et pœnis ecclesiasticis tam a jure quam ab homine latis, ad effectum dumtaxat Apostolicæ gratiæ consequendæ.

»2.º Absolvendi pariter a censuris et pœnis ecclesiasticis ob matrimonium attentatum et incestus reatum incursis, et a attentatibus et incestus reatibus et culpis hujusmodi, cum gravi pœnitentia salutari.

»3.º Dispensandi super quibuscumque impedimentis juris ecclesiastici, etiam primi affinitatis gradus in linea collateralis, et secundi primam attingentis consanguinitatis gradus; exceptis impedimentis ex sacro ordine, et castitatis voto solemniter emisso, et ex crimine machinationis in mortem conjugis cum effectu, provenientibus; et quatenus mulier rapta fuerit, dummodo extra potestatem raptoris in loco tuto consistat, servatis in singulis casibus conditionibus de jure servandis.

»4.º Dispensandi in radice matrimonii, seu matrimonium in radice sanandi, perinde ac si contrahentes qui ad matrimonium ineundum inhabiles fuerant, et consensum illegitime præstiterunt, ab initio habiles fuissent, et consensum legitime præstissent.

»5.º Prolem sive susceptam, sive suscipiendam legitimam decernendi et nuntiandi.

»Præsentes litteræ denique et cætera documenta ab Ordinario et præsentium executore exquirenda et habenda

da, ut supra præscriptum est; nec non dispensationis decreta et commissiones ab Ordinario emittendæ in episcopali archivio diligenter asserventur. Insuper quatenus matrimonii celebrationi locus detur justa regulas superius traditas matrimonii, particula in parochiali libro de more referatur, facta expressa mentione Apostolicæ dispensationis, ut pro omni et quocumque futuro eventu constare possit de matrimonii validitate et prolis legitimitate.»

CAPÍTULO IV

DE LA INDISOLUBILIDAD DEL MATRIMONIO RATO

ARTÍCULO PRIMERO

2755. El matrimonio rato se disuelve por la profesión religiosa en religión aprobada.

Aunque según la opinión más probable (al menos en mi concepto), el matrimonio rato es indisoluble, no sólo por derecho divino, sino también por derecho natural, no obstante, es disoluble en dos casos: el primero es cuando uno de los dos cónyuges entra en religión aprobada y hace en ella profesión solemne. He aquí la definición dogmática del Tridentino (sesión 24, can. 6): «Si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit.»

La razón filosófico-teológica de la indisolubilidad del matrimonio en este caso la puso Santo Tomás, tal vez el primero, en el Suplemento de la 3.^a p., q. 61, art. 2, donde dice así: «Respondeo dicendum, quod ante carnalem copulam est inter conjuges tantum vinculum spirituale, sed postea etiam est inter eos vinculum carnale; et ideo sicut post carnalem co-

pulam matrimonium solvitur post mortem carnalem, ita per ingressum religionis vinculum, quod est ante carnalem copulam solvitur, quia religio est quædam mors spiritualis, qua aliquis sæculo moriens, vivit Deo.

»Ad primum ergo dicendum, quod matrimonium ante carnalem copulam significat illam conjunctionem, quæ est Christi ad animam per gratiam, quæ quidem solvitur per dispositionem spiritualem contrariam, scilicet, per peccatum mortale; sed post carnalem copulam significat conjunctionem Christi ad Ecclesiam quantum ad assumptionem humanæ naturæ in unitatem personæ, quæ omnino est indivisibilis.» Y después, en la respuesta ad 3.^{um}, concuye así: «Ad tertium dicendum, quod conjunctio matrimonialis ante carnalem copulam est quidem perfecta, quantum ad esse primum, sed non consummata quantum ad actum secundum, qui est operatio, et similatur possessioni corporali; et ideo nec omnimodam indivisibilitatem habet.»

2756. Los teólogos se dividen sobre si la profesión religiosa dirime el vínculo del matrimonio rato por derecho natural, ó por derecho divino, ó tan sólo por derecho eclesiástico. No me detendré sobre esta cuestión, y tan sólo diré que tengo por más probable que la profesión religiosa disuelve el matrimonio rato por derecho divino, como puede verse en Tournely, Billuart, Charmes, y otros; porque, dejando aparte otras razones, Alejandro III, al afirmar que la profesión religiosa disolvía el matrimonio rato, dijo que esto lo aseguraba *secundum interpretationem sacri eloqui*. Inocencio III dijo que lo infería de la revelación, y añadía: *Se nolle a prædecessorum suorum vestigiis declinare*; de modo que, según la regla del Padre San Agustín, esta tradición viene desde los Apóstoles, como puede verse en Billuart: «Quod universa tenet Ecclesia, nec a Conciliis institutum,

sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.»

ARTÍCULO II

De la disolubilidad del matrimonio rato por dispensa pontificia.

2757. Muchos graves autores católicos sostienen que el Romano Pontífice no puede dispensar el matrimonio rato. San Ligorio, en el lib. 6, núm. 959, dice así: «*Adest duplex sententia probabilis. Prima negat*; et hanc tenent Pont., Pal., Gonet, item Sanctus Bonaventura, Sotus, Valentia, Sot., Ledesm., etc. apud Salmant. Ratio, quia matrimonium ratum ejusdem est naturæ, quam consummatum, cuius indissolubilitas (ut declaravit Tridentinum, sess. 24, in principio) est de jure divino, in quo nihil potest Pontifex. *Secunda vero sententia affirmat*; et hanc tenent cum Busemb., Sanch., Bellarm., Navar., et Salm. cum Cajet., Vazq., Con., Bonac., Reb., Becano, etc. Ratio, tum quia Pontifices pluries hoc in usum deduxerunt, dispensando in matrimonio rato, ut referunt de propria scientia Navarrus, Cajetanus; tum quia Summus Pontifex, tamquam Christi Vicarius, cui regimen Ecclesiæ est commissum, bene potest cum justa causa dispensare in aliquibus, quæ sunt de jure divino et humanos actus concernunt. Causa autem justa (ut dicunt præfati auctores) esset vel impotentia superveniens, aut scandalum imminens, vel sterilitas de novo cognita, quando opus esset ad bonum publicum, ut proles gigneretur. Addunt etiam, si adsit disparitas conditionis, morbus contagiosus, dissensiones prævisæ, mutuus conjugum consensus; sed has quatuor causas non admittit Concina, et merito, saltem nisi urgeat necessitas boni publici: nam alias, istis admisis, pauca matrimonia rata et firma stare possent.»

2758. El P. Ballerini, anotando estas palabras de San Ligorio, entre otras cosas dice así (en la nota al P. Gury, tomo 2, núm. 750): «Idcirco quod dicit S. Alphonsus (lib. 6, núm. 959) adesse de hac quæstione duplicem sententiam, inter opiniones *obsoletas* habendum est.»

Las anteriores palabras del P. Ballerini son algún tanto exageradas. A la sentencia que San Ligorio dice probable, al menos especulativamente, el doctísimo jesuíta Tomás Sánchez (lib. 2, *De matrim.*, disp. 14) la llama común y probabilísima especulativamente; y añade que Domingo Soto afirma que la opinión de los que conceden al Papa esta facultad «nec umbram probabilitatis habere; et Petrus de Ledesma eandem omnino improbabilem nuncupavit.» Los Salmaticenses citan por la misma sentencia á Castropalao y Arriaga, jesuitas, á Herinx, y al muy docto teólogo dominicano Gonet, el cual dice que aunque sea de derecho divino la indisolubilidad del matrimonio rato, como el vínculo que tiene nace de los actos humanos, puede muy bien el Papa disolverle, como sucede en la dispensa de los votos, cuya obligación es de derecho divino; y concluye que la opinión de los que dicen que el Papa puede dispensar el matrimonio rato es probable prácticamente, ya porque muchos Papas lo hicieron, ya porque muchos teólogos y canonistas lo afirman, «*speculative tamen minus videtur probabilis.*»

Los últimos autores citados florecieron á fines del siglo XVII. Posteriormente el docto Wigandt dice así: «*Resp. 3.º Matrimonium ratum, etiam secundum se sumptum, seu ut est in officium naturæ, est ex sua natura ac jure naturali, et non solo pæcepto positivo divino, indisolubile quoad vinculum, juxta veriore sententiam.*»

Francisco Henno, del Orden de los frailes menores Recoletos, dice así: «*Probabilius est, Summum Pontificem*